



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Statv Religionis Christianae, Per Evropam, Asiam,  
Africam, Et Orbem Nouum, Libri IV.**

**Le Mire, Aubert**

**Coloniae Agrippinae, 1619**

Cap. XXII. Regni Galliarum status.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11108**

58 DE STATV RELIG. CHRIST.

Azores.

Azores insulæ, à Flandris primùm dete-  
ctæ, ind. q̄ ie Flandricæ sunt nuncupatæ, pōst  
à Lusitanis occupatæ. Ex ijs vna vocatur  
Tertia, vulgò Tercera: in cuius vrbe Angra  
residet Episcopus, Olisiponensi Archiepisc.  
suffraganeus. In eadem vrbe Societas IESV  
Collegium habet, & alterum in S. Michae-  
lis insula vicina.

Madera.

Haud procul à Canarijs insulis iacet in-  
sula Madera, à Lusitanis pariter occupata &  
inhabitata: in cuius opido Funchalensi iti-  
dem Episcopus residet, Olisiponensi Ar-  
chiepisc. suffraganeus, habetque Societas  
I E S V Collegium ibidem.

C A P V T   XXII.

REGNI GALLIARVM STATVS.

**P**VLFIS è Gallia Romanis, fugatisq̄ Go-  
this & alijs barbaris, Franci, Sicambro-  
rum ad Rhenum proles, florentissi-  
mum in ea regnum condiderunt. Primus ex  
Francorum Regibus Clodoueus, cūm ad Tol-  
biacum ( vicus est in finibus Agrippinen-  
sium, Zulpich hodie) insignem contra Ale-  
mānos victoriam obtinuisse, Christi sacra  
amplexus, & à S. Remigio Rhemorū Archi-  
episcopo fonte salutifero est ablutus.

Ab eo tempore status Galliarum mansit  
monar-

monarchicus: quæ forma regiminis optima censetur. Rex autem in Gallia nascitur, non suffragijs designatur, ut in Polonia, & alibi. Ad regni successionem non nisi sexus masculinus admittitur; fœminis prorsus exclusis, iuxta legem Salicam, ut perhibent.

De Rege Galliarum duo memoranda, Villanouuanus, Maffonus, & alij rerum Gallicarum scriptores tradunt: prius, in Ecclesia Rhemeni vasculum esse (*Ampullam sacram* vulgo nuncupant) chrismate perenni redundans, ad Regis unctionem, tempore Clodouei I. Regis Christiani, cœlitùs demissum: alterum, strumas, seu scrofulas à Rege ipso curari solo contatui.

Regem, in regni possessionem, mittendi ius esse solet penes XII. Pares Franciæ, quorum sex Ecclesiastici, & totidem vulgo Laici nuncupantur.

### ECCLÉSIASTICI P A R E S Franciæ,

Remensis Archiepiscopus	{	Duces.
Laudunensis Episcopus		
Lirgonensis Episcopus	{	Comites.
Catalaunensis Episcopus		
Nouiomensis Episcopus		
Bellouacensis Episcopus		

LAICI

60 DE STATV RELIG.CHRIST.

LAICI PARES

Franciæ.

Burgundiæ      }  
Normanniæ      }  
Aquitaniæ      }  
Flandriæ      }  
Campaniæ      }

Duces.

Tolosæ      }

Comites.

Ad Remensem Archiepiscop. spectatus  
Regem inungendi: qui, cum alijs Ecclesia-  
sticis, hodieque perstat. Laici esse desierunt,  
adiectis regno Gallico ipsorum Principati-  
bus; Flandriâ tamen exceptâ, quam, post ca-  
ptum ad Ticinum Regem Franciscum, Ca-  
rolus V. Imperator, Flandriæque Comes,  
ditioni Franciæ & prouocationibus, ad cu-  
riam Parisiensem deferri solitis, prorsus  
exemit.

C A P V T   XXIII.

CATALOGVS EPISCOPATVV M  
regni Gallia.

**I**N Gallia, quâ Francia est, & Regi Chri-  
stianissimo paret, numerantur diœceses  
centum & septemdecim: in quibus sunt  
**C**III. Episcopatus, & **XIV.** Archiepiscopatu-  
tus. Res tota fiet clarior, syllabo seu tabulâ  
ante oculos positâ.

L V G D V -